Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-311325-p0001-3

S6d

E libris
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi
a venerabili
Carolo Funk
theol. doctore et gymnasii directore
a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-311325-p0002-9

EPITHALAMIVM
quo
ſacra nuptialia
VIRI
Plurimum Reverendi, Ampliſſimi ac Doctiſſimi Domini,
DOMINI
JOHANNIS CHRISTOPHORI SILCHMVLLERI,
Paſtoris ad ergaſtuli ædem merentisſimi, & Inſpectoris Scholæ in Orphanotropheo Glauchenſi vigilantiſſimi,
cum
Nobilisſima, omniumq; virtutum ornamentis condecorata
VIRGINE
SOPHIA CHARLOTTA,
VIRI
Prænobiliſſimi & Conſultiſſimi Domini
DOMINI
PAVLI FRIDERICI STROBELII
Principum Sereniſſimorum, e ſtirpe Marggraviorum Brandenburgico-Culmbacenſium Celſisſima Pædagogi olim meritiſſimi,
FILIA RELICTA,
d. 29. Aprilis Weſerlingi ſub divinis auſpiciis ineunda,
in teſſeram pii & obſervantis
animi,
gratulabundi celebrarunt
PRÆCEPTORES SCHOLAE IN ORPHANOTROPHEO GLAVCHENSI LATINÆ.

HALÆ, TYPIS LEHMANNIANIS.

45
A.K.
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-311325-p0003-4

ESt auctor omnis connubii Deus.
Hic quamque ſtirpem de pecudum grege
Sub lege junxit conjugali,
Orbis ubi fabricaret oras.
Nec paradiſi prata virentia
Primo parenti ſuppeditat modo,
Hujusce ſed beatitatis
Dat ſociam pariter marito.
Nam dormientis pectora detegit,
Marique coſtam ſurripit, & facit
En conjugem! manuque ſponſo
Pronubus ipſe jugat fideli.
Qui prima vero vincla tori ſacra
Nexit, benigno numine dirigit
Is omnium mentes, volentum
Jura pii thalami ſubire.
Ex axe celſo lumine proſpicit
Divo, rotundus quumque ſibi globus
Terræ retectus ſit, ſecundis
Auſpiciis legit ipſe ſponſam.
Magnetis inſtar pectora fœdere
Æquo favoris colligat invicem,
Sub axe quamvis alter Auſtri
Altera ſub Borea lateſcat.
Caſtam Rahelem Meſopotamia
Nutrit Jacobo ſollicite probo;
Hinc terminis iſthunc eodem
Fine Deus patriis relegat.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-311325-p0004-0

At forte quæris, veſtigiis quibus
Sit ſentiendum, ſacra tori tua
Dei per aſtra conſidentis,
Et rata conſilio fuiſſe?
Non forma fallax, non niveum decus
Oris venuſti te capiat modo;
Non anxia cura parentum
Stemmata reſpicias vetuſta.
Nec ſponſa multis dotibus aurea,
Amica tantum ſit genio tuo:
Natura tales namque faces
Igniculosque feret ſubinde.
Sed caſtitatis regia munera
Quæ ſanctitatem matris habet loco,
Nutu Dei ſic dirigente,
Te ſtimulis fodiant ſacratis.
Tum ſupplicanti ſollicites Deum
Et voce, flexis & genibus tuis;
Iſto modo numen favebit,
Sponſa tibique pie placebit.
Sic Elieſer tergemina prece
Deum precatur, qui thalamo rato
Præeſt, & ecce Iizjaacus
Gonjugio coit & Rebecca.
Hem Sponſa talis, munere quæ Dei
Obtingit, omni gemmifera caſa
Præſtantior longe putanda,
Atque magis pretioſa nummis.
Columna talis ſit domus aurea,
Corona nec non conjugis eſt ſui,
Cunctasque res facit mariti
Sexagies eadem beatas.
SILCHMVLLER, alto pectore prædite,
PASTOR ſacrati pervigilans gregis,
TE voce tali, teſte cordis,
Alloquier, liceat benigne.
Ambis amicum connubii jugum;
Et vis, Sionis mœnia quum colas,
Vt duplici SPONSÆ MARISque
De pietate beetur iſta.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-311325-p0005-5

Cum laude SPONSÆ multa quidem loqui
Poſſemus, ori ſed pudor injicit
  Frenum, TVÆ ne mentis æqua
    Forte modeſtia vulneretur.
Sat fama SPONSAM prædicat undique;
Nec vera virtus indiget ullius
  Laudis peregrinæ, ſed almis
    Ipſa ſuis radiis coruſcat.
Congratulamur nos potius TIBI,
Congratulamur pectore candido
  TVÆ Sioni, gratulamur
    Nosque datæ TIBI met palæſtræ
Tantum vigentem CONGVGE cum TVA
TE ſervet altus conjugii ſator,
  Et VOS ſinat per omne tempus
    Proſperitate frui quieta.
Aurora quando purpureum caput
Extollit undis occiduis, novæ
  Veſtræ, Dei juſſu legata,
    Fulgida nuntia ſit ſalutis.
Nec ſol relinquat curriculum prius
Statum, reverſus ſub tenebras nigras,
  Quam quisque VESTRAM, PAR VE-
                    RENDVM,
    Fortius ire ſciat ſalutem.
Sic de ſalutis divite ſemine
VESTRÆ, ſalutem VESTRA feret Sion,
  Feret ſalutem quisque noſtrum,
    Quid? ſchola tota feret ſalutem.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-311325-p0006-1

78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw. evtl. nicht vergeben!

ULB Halle 3
002 108 178

Sb.

VD17

Ri 40

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-311325-p0007-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-311325-p0008-2

EPITHALAMIUM

quo

ſacra nuptialia

VIRI

Plurimum Reverendi, Ampliſſimi ac Doctiſſimi Domini,

DOMINI

JOHANNIS CHRISTOPHORI LCHMULLERI,

gaſtuli ædem merentiſſimi, & Inſpectoris

n Orphanotropheo Glauchenſi vigilantiſſimi,

cum

mniumq; virtutum ornamentis condecorata

VIRGINE

OPHIA ARLOTTA,

VIRI

Prænobiliſſimi & Conſultiſſimi Domini

DOMINI

FRIDERICI STROBELII

iſſimorum, e ſtirpe Marggraviorum Brandenburgico-

cenſium Celſiſſima Pædagogi olim meritiſſimi,

FILIA RELICTA,

29. Aprilis Weferlingi ſub divinis auſpiciis ineunda,

in teſſeram pii & obſervantis

animi,

gratulabundi celebrarunt

ORES SCHOLAE IN ORPHANOTROPHEO

GLAUCHENSI LATINÆ.

HALÆ, TYPIS LEHMANNIANIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-311325-p0009-1